



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o tertia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Vellem causas tanti certaminis noscere vellem istius pugnæ negotia tractare. Quid intercesserat: quid factum fuerat: que pugnae ratio: que causa vincendi: quod spectatore id gerit quo iudice celebratur: quid victori promittitur: quid victo contrario denegatur: quis certare docuerat: quis pugnare monstrauerat. Tu autem do. **R.** Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit dominus crescere te faciat deus meus sicut arenam maris. Et donet tibi de rore celi benedictionem. **V.** Qui maledixerit tibi sit ille maledictus et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Et do. **Leō tertia.** Sed notum est cunctis istorum certamine fratrum causas duorum exprimi populorum. Vult enim deus ante ostendere futura quae veniant: ante ventura monstrare quae fiant. Ceterum prudenti carum non potest pugnare si pugnae non sentiant merita. Tu autem. **R.** Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam seruiat tibi tribus populi. Esto dominus fratrum tuorum. **R.** Et incuruetur ante te filij matris tuae. Esto Gloria. Esto. **In secundo noc. añ.** Domine non habeo hominem ut cuius mora fuerit aqua mittat me in piscinam. **añ.** Domine bonum est nos hic esse si vis fa-

clamus hic tria tabernacula: tibi unum: moysi unum: et helie unum. **añ.** Faciamus hic tria tabernacula tibi unum moysi unum et helie unum. **V.** Laudent a latere tuo. **Lectio. iij.** Sed futurorum prescius deus monstruosum certamen voluit exerceri. Dat certandi affectus vincendi vota ostendit se spectatorem constituit se iudicem demonstravit. Ad hoc geritur certamen parte deo quod geritur et matre teste que sensit. Sed mater certamen sentire potuit videre non potuit. **R.** Tunc exiret iacob de terra sua vidit gloriam dei et ait. Quia terribilis est locus iste non est hic aliquid nisi domus dei et porta celi. **V.** Vere dominus est in loco isto et ego nesciebam. Quia Denique iurrogat dominum. **V.** Quid est inquit domine istud quod geritur: quid est quod iure meo te teste tractatur. Quid facturi sunt nati qui sic lucram innati: aut que naturam vota suscipiam cum sic luctamine innatorum concutiar. Tu. **R.** Si dominus deus meus fuerit mecum in via ista qua ego ambulo et custodierit me et dederit mihi panem ad edendum: et vestimentum quo operiar et reuocauerit me cum salute. Eris mihi dominus in refugium et laus patris iste in signum. **V.** Vere dominus